

Zeitschrift: Candollea : journal international de botanique systématique =
international journal of systematic botany

Herausgeber: Conservatoire et Jardin botaniques de la Ville de Genève

Band: 22 (1967)

Heft: 1

Artikel: De vastite - in spatio et ob formam - nonnullarum specierum
Nectandrae

Autor: Bernardi, Luciano

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-880389>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 02.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

De vastitate — in spatio et ob formam — nonnullarum specierum Nectandrae

Auctore
LUCIANO BERNARDI
felsineo, Conservatorii Genavensis

RÉSUMÉ.

On donne trois exemples des dimensions morpho-géographiques de trois espèces de *Nectandra*.

Le *N. martinicensis* Mez, quoique dès le début conçu par Mez comme espèce des Antilles et du continent américain (Panama), n'a pas été pris en considération par les auteurs des flores continentales d'Amérique. Sur la base de l'analyse florale de nombreux échantillons, cette espèce est en revanche présente du Mexique à l'Equateur et dans quelques Antilles mineures; sa présence à l'île de Montserrat cependant, d'après une vieille récolte de Ryan (C), reste assez douteuse.

Le *Nectandra purpurea* (Ruiz et Pav.) Mez est présent du Nicaragua au Brésil et au Pérou, sans toutefois représenter dans aucun pays un élément abondant de la flore. Il n'a pas été signalé jusqu'à maintenant au Venezuela.

En revanche, le *Nectandra membranacea* (Sw.) Griseb., dont on a analysé un grand nombre d'échantillons, est abondant sur tout l'immense territoire qui va des Antilles au Pérou et au Brésil méridional (distribution à peu près égale à celle de *Weinmannia pinnata* L.). Une synonymie assez fournie pour cette espèce est donnée.

Très proche d'elle est le *Nectandra yarinensis* O. C. Schmidt du Pérou. On signale aussi le cas de *Nectandra membranacea* (Spr.) Hassler qui, d'accord avec la nomenclature, doit s'appeler *Nectandra megapotamica* (Spr.) Mez. Cette espèce du Brésil méridional et du Paraguay est souvent connue sous le nom de *Nectandra saligna* Nees. Le *Nectandra Tweediei* (Meissn.) Mez est considéré ici comme synonyme de *Nectandra megapotamica*.

1. — *De Nectandra martinicensi*

Malo aliqua de geographia et forma specierum proferre, quam in rixas nomenclatura me ipsum praecipitare; tamen notulam quamdam de nomine hujus speciei praebere oportet.

Optimus Mez vix curriculum botanicum incipiens *Nectandram martinicensem* edidit in libello qui obscurissimus mansit praecipue ipsius Mezii causa (vide, quaeso: Mitt. Bot. Ver. Freib. Baden 47-48 : 421, 1888). Ibique *Nectandra martinicensis* ut


subspecies *Nectandreae sanguineae* (sensu auctorum, non Roland. ex Rottb.: i.e. *Nectandreae salicifoliae* (H. B. K.) Nees) et simul ut species nova edita est. Descriptio optima legitur, specimina ibidem offeruntur (« Martinique », Sieber 99; Panama, Sutton Hayes 400), nullo synynomo allato. Infauste istud verbum « Martinique » ab errore Mezii ortum, epithetum ineptissimum per nomenclaturaे perennitatem invexit; Sieber specimina quidem numerosa omnia parvula schedula « Fl. Trinitatis n° 99 » praedita distribuit, quae nonnumquam conspiciuntur (an manu Sieberi?) cum determinationibus fallacibus: « *Laurus martinicensis* L. », vel « *Laurus martinicensis* Jacq. ».

Optimus Mez in opere « Lauraceae americanae » anni 1889 (pag. 459) rursus *Nectandram martinicensem* edidit, descriptione ejusdem anni praecedentis haud commemorata et, pejus, synonymo *Lauri martinicensis* Jacq. oblato, at modo quidem ad opusculum et iconem Jacquinii, non ad specimen. Belli causa specimine Jacquiniano Vindobonae deleto, tantum in sententiis veterum auctorum quid fuisset (an: fuissent?) specimen illud nunc manet. Ex Nees (Syst. Laur. : 318; at nescio an auctor iste specimen vel specimina Jacquinii viderit) *Laurus martinicensis* eadem est quae *Nectandra sanguinea* auct. (i.e. *N. salicifolia* (H. B. K.) Nees). Meissner, contra, nonnullam confusionem inicit, quia partim sententiam Neesianam nuper dictam secutus est (cf. DC., Prodr. 15/1 : 164 et Martius, Fl. Brasil. 5/2 : 276, ad opusculum, non ad specimen); partim (cf. DC., Prodr. 15/1 : 114) specimen et descriptionem *Lauri martinicensis* Jacq. in opusculo [sic!] nomine novo *Oreodaphnes Jacquinii* salutavit.

Specimine amisso, repetam, descriptio et icon Jacquinii (Coll. 2 : 109, tab. 5, fig. 2. 1788) ineptissimae fiunt, quia haec folium modo ostentat haud peculiare, quia nec ad speciem unam, nec ad genus, nec ad familiam certo adducit; illa verbis nebulosissimis designatur. Habeo, igitur, nomen illud *Laurus martinicensis* Jacq. negligendum, et de *Nectandra* et de *Ocotea*, ob dictas causas, et etiam quoniam nullum specimen posterius lectum cum *Nectandra martinicensi* Mez convenit (vide etiam optimi I. Urban « Symbolae Antillanae », passim, et Duss, Ann. Inst. Colon. Marseille 3. 1897, passim). Igitur nunc epithetum « *martinicensis* » servandum est ad speciem quae insulam Martinicæ minime incolit.

Nomenclaturaе laboribus dictis, formam et distributionem hujus speciei breviter proferam: jam Mez mea sententia valde recte et insularem (Sieber 99) et continentalem (*S. Hayes 400* ex Panama) simul hanc speciem indicavit. Clara dominilla C. K. Allen, *Nectandra Woodsoniana* adumbrata (J. Arnold Arb. 26 : 380. 1945), monet speciem suam similem *Nectandreae martinicensi* esse, foliis tamen majoribus praeditam et laminarum marginibus planis; specimen *S. Hayes 400*, ut videtur, cl. auctor non vidit; eadem rursus (Ann. Missouri Bot. Gard. 35 : 48, fig. 30. 1948) similitudinem utriusque speciei ostendit, foliis ut illa dicit discrepantibus et hoc addit: « *Floral differences are apparent also* ».

Folia tamen in speciminibus crebris *Nectandreae Woodsoniana* penes me exstantibus, ab ipsa C. K. Allen sic determinatis, nullo modo ob magnitudinem et marginem ab speciminibus insularibus (insulae Trinitatis et Tobago) et ab *S. Hayes 400* (ex Panama) discrepant. « *Floral differences* » atque, id est florum dissimilitudines, semper in eo quod vivit vel vixit ejusdem speciei minusculae certe eveniunt, etiam in floribus ejusdem inflorescentiae! Icones hic prolatae (cf. fig. 1-2), sic spero, procul

FIG. 1. — *Nectandra martinicensis* Mez

a: conspectus floris; **b, m**: stamen alterius ordinis; **c, f**: stamen tertii ordinis; **d**: sepalum; **e**: petalum; **g**: staminodium; **h**: pistillum; **i**: stamen primi ordinis; **n**: exemplum variationis staminodiorum ex eodem flore, saepe glandulillis praeditorum; **o**: pistillum, proportione majore in iconе quam h (a-c ex *Allen* 4580, P; d-h ex *Sutton Hayes* 400, CGE; i-o, ex *Stork* 3050, F).

dubio melius quam verba obvia et crebra demonstrabunt quod ad *Nectandram martinicensem* et species posterius descriptas et hic in synonymiam introductas pertinet. Haec species, denique, vasta ideo consideranda est, ab Aequatoria usque ad Mexicum, nonnullas insulas Antillanas minores incolens. Ut optimus Mez olim (anno 1888) scripsit, peraffinis conspicitur *Nectandrae salicifoliae*, a qua primo visu inflorescentiis canosis separatur. Opportunius tamen mihi videtur hujus speciei characteres, quibus ab aliis cito discriminatur, et affinitates, quibus cum nonnullis speciebus coniungitur, per revisionem genericam aliquando producere; igitur hic statim synonymia et distributio modo offeruntur.

Nectandra martinicensis Mez, Mitt. Bot. Ver. Freib. Baden 47-48 : 421. 1888; Jahrb. Bot. Gart. Berlin 5 : 459. 1889 (excl. synynom) = *Nectandra tabascensis* Lundell, Lloydia 4: 48. 1941; Allen, J. Arnold Arb. 26: 394. 1945 = *Nectandra Woodsoniana* Allen, l.c.: 380; Ann. Missouri Bot. Gard. 35: 48, fig. 30. 1948 = *Nectandra Matudai* Lundell, Wrightia 1/2: 149. 1946.

TYPUS: Trinidad, Sieber 99 (holotypus G).

DISTRIBUTIO: MEXICO: Nayarit, *De Leon* 1663 (fruct.; MICH); Montes de Oca, *Hinton* 10589 (BR, F, G, MICH, MO, TEX, UC); Montes de Oca, *Hinton* 11473 (fruct.; BR, F, G, MICH, MO, S, UC); Tabasco, *Matuda* 3299 (F, MEXU, MICH); Chiapas, *Matuda* 4522 (LL, MO); Chiapas, *Matuda* 5663 (LL, UC); Chiapas, *Matuda* 5952 (LL, UC); *Mexia* 1264 (G, MICH).

HONDURAS BRIT.: *Molina* 107 (F).

SALVADOR: *Calderon s.n.* (MO); Ayntuxtepequa, *Calderon s.n.* (WU).

COSTA RICA: San Ramon, *Brenes* 5826 (MO); Rio Virilla, *Brenes* 14296 (F); Pelaran, *Brenes* 15617 (F); S. Pedro de S. Ramon, *Brenes* 16824 (fruct.; F); S. Miguel de S. Ramon, *Brenes* 19203 (F); *Pittier* 9663 (Z); La Verbena prope Alajuelita, *Pittier* 8772 (M, Z); S. Francisco de Guadalupe, *Pittier* 11282 (BR, LAU, M); S. Francisco de Guadalupe, *Pittier* 11490 (F); *Pittier & Durand* 526 (BR); Orotina, *Popenoe* 993 (BH); El General, *Skutch* 2634 (MICH, MO, S); El General, *Skutch* 4374 (F, G, MO, S); Monte Verde, *Stork* 1688 (fruct.: F); Escasu, *Valerio* 1327 (F); Las Nubes, *Valerio* 1451 (F).


PANAMA: Rio Chico, *Allen* 4580 (F, MO, P, S); Paraiso, *Hayes* 400 (CGE, G, K, MANCH, P); Darien, *Stern*, *Chambers & al.* 90 (MO, UC); Darien, *Stern*, *Chambers & al.* 281 (MO); El Real, *Stern*, *Chambers & al.* 568 (MO); Salamanca, *Woodson*, *Allen & al.* 1620 (MO).

COLUMBIA: Antioquia, *Jervise s.n.* (K).

AQUATORIA: Manabi, *Eggers* 15242 (M, O, PR).

ANTILLANA INSULAE: MONTSERRAT (an lapsus calami ?), *Ryan s.n.* (C); TOBAGO, *Broadway* 3814 (G, M, MO, TO, Z); TRINIDAD, *Marshall* 12428 (S); Sieber 99 (FI-Webb, G, G-DC, HALL, M, MO, P); verosimiliter ex insulis, *Ryan s.n.* (C); verosimiliter ex insulis, *sine coll.* (C).

CULTA: Africa, Kamerun, *Ludwig* 501 (M).

FIG. 2. — *Nectandra martinicensis* Mez

a: stamen externum; b, g, l, r: stamen tertii ordinis; c, h, n, s: staminodium; d, k, o, t: pistillum; e, p: stamen primi ordinis; f, m, q: stamen alterius ordinis (a-d ex Eggers 15242, PR; e-k ex Matuda 3299, LL; l-o ex Matuda 4522, F; p-t ex Sieber 99, G).

2. — *De Nectandra purpurea (Ruiz et Pav.) Mez*

Dictae sunt nuper (cf. p. 59-61) a me et nomenclaturaе vicissitudines et synonymia.

Species haec peculiaris consideranda est, ut opinor, ob vastam distributionem, similem illae *Nectandrae salicifoliae*, tamen, ut constat ex speciminibus penes me promptis, rarer vel difficilior (ob loca magis abscondita nemorosa praeoptata?) ad inveniendum quam *Nectandra salicifolia*, quidem obvia, vulgatissima, ex numerosioribus herbariis opulentissime exhibita.

DISTRIBUTIO: NICARAGUA: Granada, *Oersted* 736 (C).

COSTA RICA: Rio Terraba, *Allen* 5251 (UC); Golfo Dulce, *Allen* 5629 (EAP, G).

PANAMA: Chagres, *Fendler* 54 (LE, MANCH); Gatun, 7 febr. 1860, *Hayes s.n.* (G, S, Z).

COLUMBIA: Chagres, *Maxon & Valentine* 6999 (C); Cauca, *Cuatrecasas* 14263 (F); Valle, *Cuatrecasas* 14303 (F); Valle, *Cuatrecasas* 15806 (F); Valle, *Cuatrecasas* 16100 (F); Quindiu, *Goudot s.n.* (P); prope Bogota (?), *Humboldt & Bonpland s.n.* (P); *Karsten s.n.* (LE); Buenaventura, *Lehmann* 898 (G); Ocana, *Schlim* 749 (BR, G, G-Boiss., G-DC, P); *H. H. Smith* 1764 (F, G, MICH, MO, P); prov. Bogota, 1000 m, *Triana s.n.* (P).

AEQUATORIA: *Fagerlind & Wibom* 2431, 2431-II (S).

BRASILIA: Bahia, *Blanchet* 3962 (G, P); prope Ilheos, *Martius* 420 (FI-Webb, G, G-Boiss., G-DC, HAL, LE); prope Ilheos, *Riedel s.n.* (G-Boiss.).

PERUVIA: San Martin, *Klug* 2654 (F, G, S); Loreto, *Mexia* 6228 (G, GB, MO, TEX, US, Z); *Pavon* 501 (G); ad Cuchero et Chincao, *Ruiz s.n.* (Typus; B); Pongo de Manseriche, *Tessmann* 4169 (G); Pongo de Manseriche, *Tessmann* 4243 (G); Pongo de Manseriche, *Tessmann* 4475 (G); dept. Amazonas, *Wurdack* 2506 (F, UC, US).

3. — *De Nectandra membranacea (Sw.) Griseb.*

Species haec frequentius lecta quam superiores regiones americanas vastissimas incolit, quam ob rem descripta per multos annos saepius est.

Optimus, verbi gratia, Mez (l.c. : 451) speciem suam *Nectandram laevem* ex Peruvia praebet, descriptionibus *Nectandrae membranaceae* et *Nectandrae Mathewii* (Mez non Meissn.: cf. infra) proximis in ejusdem expositione. Atque si discriminationes firmissimas invenire optes inter notiones earumdem specierum, denique solum nimis parvulas dissimilitunines obtinas. In clave cl. Mez (l.c. : 398) legitur, ad exemplum, ad « *membranaceam* » et « *laevem* »:


Perianthii tubus apice haud constrictus. Spec. Antill.

66. *Nectandra membranacea*

Perianthii tubus apice solemniter constrictus. Spec. Peruv.

67. *Nectandra laevis*

Specimina tamen a Mez inspecta *Nectandrae laevis*, praecipue *Jelski* 186, flores ad fructus ineuntes offerunt, ergo ovaria grandiuscula, quae, ut opinor, formam tubi perianthii magnopere mutant.

FIG. 3. — *Nectandra membranacea* (Sw.) Griseb.

a, f, m: stamen episepalum; **b, g, q:** stamen epipetalum; **c, h, n, u:** stamen tertii ordinis glandulis avulsis (h cum staminodio); **d, k, o:** staminodium; **e, l, p, s, v:** pistillum; **r:** verticillum staminum tertii ordinis, glandulis et staminodiis; **t:** stamen externum (a-e ex H. H. Smith 443, LL; f-l ex Jelski 186, KRA; m-p ex Skutch 2668, S; q-s ex Sintenis 4534, G; t-v ex Brenes 4061, F).

Timeo ne regiones natales tantum speciminum, id est Antillarum insulae, vel Peruvia, vel America Centralis, magis quam forma florum et omnium partium examinatarum, inducant in temptationem nonnullos auctores, etiamque acerrimos, species novas scribendi. Diutius et saepius specimina quae reor omnia ad hanc speciem pertinere scrutavi; crebros flores oculo armato persecui delineavique (nonnullae delineationes in fig. 3-5 conspicuntur); ultimo certior factus sum unam speciem amplissimae distributionis contemplari.

Jam pridem (cf. Bernardi, Lauraceas : 196. 1962) speciem hanc non antillanam tantum consideravi, quoniam in eamdem *Nectandram pichurim* (sensu Mez, Allen, Vattimo, non Kostermans) ex America continentali introduxi. Nunc, cum speciminibus creberrimis utor, «*pichurim*» ad commodum et ad citissimam determinationem ab «*membranacea*» foliis valde angustioribus acuminatisque discriminari potest. Utrum «*pichurim*» (vel, apud Kostermans, *Nectandra cuspidata* Nees) species propria sit, an modo subspecies vel varietas *Nectandrae membranaceae*, non hic quidem referam; malo potius in generis revisione dijudicare. Tantum mihi liceat haec asseverare:


1. Specimina pauca antillana foliis angustioribus ideo simillimis *Nectandrae pichurim* nonnumquam observantur.
2. Optimus Mez crebra specimina lecta praecipue ab Sintenis, ex insula Porto Rico, primum nominavit in schedulis «*Nectandra Schwanckeana* n.sp.»; deinde, mente et ratione validissimis, ut *Nectandra membranacea* ab ipso Mez distributa sunt.
3. In schedula herbarii Bruxellensis, verisimiliter post revisionem, Mez specimen ex Costa Rica (*Tonduz 1864*) nomine *Nectandrae membranaceae* insignivit, ergo ex ejus sententia species illa non solum antillana, sed etiam continentalis putabatur.

***Nectandra membranacea* (Sw.) Griseb., Fl. Brit. W. Ind. Isl. : 282. 1861; Meissner in DC., Prodr. 15/1. 1864; Mez, Jahrb. Bot. Gart. Berlin 5 : 450. 1889; Arb. Bot. Gart. Breslau 1 : 131. 1892; Duss, Ann. Mus. Colon. Marseille 3 : 301. 1897; Little & Wadsworth, Agric. Handb. 249 : 116. 1964¹ = *Laurus membranacea* Sw., Prodr. Veg. Ind. Occ. : 65. 1788; Fl. Ind. Occ. 2 : 713. 1800 = *Nectandra cuspidata* var. *strumosa* Meissn. in DC., Prodr. 15/1 : 158; et in Martius, Fl. Brasil. 5/2 : 268. 1866 = *Nectandra leucantha* var. *Rodiaei* Griseb., l.c. : 282 = *Nectandra Mathewii* Mez (non Meissn. !) l.c. : 448 (excl. specimine K); Macbride, Fl. Peru : 923. 1938 = *Nectandra laevis* Mez, l.c. : 451; Macbride, l.c. : 920; Bernardi, Lauraceas : 209. 1962 = *Nectandra Raimondii* O. C. Schmidt, Notizbl. Bot. Gart. Berlin 10 : 726. 1929; Macbride, l.c. : 925 = *Nectandra Skutchii* Allen, J. Arnold Arb. 26 : 396. 1945 = *Nectandra Standleyi* Allen, l.c. : 396; et Ann. Missouri Bot. Gard. 35 : 54, fig. 34. 1948.**

TYPUS: Jamaica, *Swartz s.n.* (Holotypus S).

DISTRIBUTIO: ANTILLANAE INSULAE: CUBA, Pinar del Rio, *Ekman 12926, 17509* (S); PORTO RICO, *Britton & al. 6549* (G); Las Cruces, *Britton, Matz & al. 6892* (G);

¹ Auctores et opuscula numerosiora citantur a diligentissimo Kostermans, Bibl. Laurac. : 1004. 1964.

FIG. 4. — *Nectandra membranacea* (Sw.) Griseb.

a: exemplum insigne variationis staminum primi et alterius ordinis; **b**: stamen tertii ordinis glandulis avulsi; **c, g, m, s**: staminodium; **d, o**: pistillum; **e, p**: stamen externum; **f**: stamen tertii ordinis, locellis partim absconditis; **h**: pistillum ex flore permaturo; **k**: exemplum variationis staminum primi et alterius ordinis ex eodem flore; **l, n**: stamina tertii ordinis; **q**: stamen tertii ordinis cum glandula avulsa; **r**: idem, glandulis praeditum; **t**: pistillum, stilo producto (a-d ex Mathews 1431, LE; e-h ex Raimondi 6737, B; k-o ex Mathews 698, GOET; p-t ex Bang 1680, MANCH).

Ridley s.n. (fructus monstruosi; G); Luquillo, *Sintenis* 1482 (G, G-Boiss., JE, PR, S); Barranquitas, *Sintenis* 2054 (G, MICH, WU, Z); Aybonito, *Sintenis* 2865 (MANCH); Pañuelas, *Sintenis* 4502 (MEXU, TO); Yayuya, *Sintenis* 4534 (C, G, G-Boiss., JE, MANCH, MICH, PR, WU, Z); Adjuntas, *Sintenis* 4656 (G, JE, PR); Jabucoa, *Sintenis* 4985b (WU); Hunacao, *Sintenis* 5153 (MICH); *Sintenis* 5319 (G, MANCH, PR, Z); HISPANIOLA, Sto Domingo, *Prenleloup* 500 (G); Haiti, Le Borgne, *Ekman* 4792 (G); JAMAICA, *Swartz s.n.* (S). GUADELOUPE, *L'Herminier s.n.* (G, G-Boiss.); *Nyst* 727 (BR). GRENADA, Grand Etang, *Beard* 539 (UC); Morne Delice, *Beard* 573 (UC); New Hampshire, *Broadway* 482 (C); St. Georges, *Broadway* 1874 (BR); 8 jul. 1895, *Broadway s.n.* (BR); Mt. Felix, *Eggers* 6069 (WU). TOBAGO, *Broadway* 3005 (G, Z); Easterfield, *Broadway* 3512 (P, Z). TRINIDAD, Height of Aripo, *Broadway* 8973 (G); Main Range, *Kostermans A* 15021 (LL).

VENEZUELA: Bolívar, Urimán, *Bernardi* 1631 (FI); Zulia, *Pittier* 10938 (GH).




FIG. 5. — *Nectandra membranacea* (Sw.) Griseb. (a-g) et *N. yarinensis* O. C. Schm. (h-n).
a: stamen externum; **b, e**: stamen tertii ordinis, glandulis omissis; **c, g, n**: pistillum; **d, h**: stamen episepalum; **f, m**: staminodium; **k**: stamen epipetalum; **l**: stamen tertii ordinis et postice staminodio (a-c ex *Lugo* 205, S; d-g ex *Bernardi* 1631, G; h-n ex *Tessmann* 3376, B).

TAB. I. — *Nectandra membranacea* (Sw.) Griseb.

1-4: Variatio formae dimensionisque foliorum ex eodem specimine (**1** ex *H. H. Smith s.n.*, G; **2** ex *Jelski* 186, antea *Nectandra laevis* Mez, KRA; **3** ex *Skutch* 2668, antea *Nectandra Skutchii* Allen, F; **4** ex *Sintenis* 4534, G). **5**: *Brenes* 4061 (antea *Nectandra Standleyi* Allen; F); **6**: *Mathews* 1431 (LE).



COLUMBIA: Valle, *Cuatrecasas* 15434 A, 18385, 22420 (F); Boyaca, *Lawrance* 766 (E, F, G, MO, S); Boyaca, *Lawrance* 790 (E, G, MO, S); Santa Marta, *H. H. Smith* 443 (G, LL, S, TEX); Cauca, *Sneidern* A 223 (S); Huila, *Sneidern* 2272 (S).

PANAMA: Juan Diaz, *Allen* 942 (G, MO, S, UC); Almirante, Bocas del Toro, *Proctor Cooper* 488 (F); Bocas del Toro, *Stern & Chambers* 113 (MO); Bocas del Toro, *Wedel* 2884 (MO); Isla Colon, *Wedel* 2967 (MO).

COSTA RICA: *Brenes* (vicinioribus S. Ramon) 3850, 4061, 4344, 4780, 4794, 5019, 5443, 5733, 5831, 11833 (F); La Concepcion, *Donnell Smith* 6757 (F); El General, *Skutch* 2668 (MICH, MO, S); El General, *Skutch* 4182 (S); Zarcero, *Austin Smith* 164 (F, MO); Zarcero, *Austin Smith* A-243 (F, MO, P); Cartago, El Muñeco, *Standley & Torres* 50908 (F); Juan Viñas, *Tonduz* 1864 (BR); La Caja, San José, *Valerio* 1326 (F).

BRASILIA: Parà, S. Isabel, *Huber* 132 (G); Parà, horto botan., *Huber* 1263 (G); Parà, *Huber* 2119 (cultus ?; G); Santa Caterina, *Klein* 1296 (G); Amazonas, Rio Jurua, *Krukoff* 4652 (G, M); Amazonas, Manicore, *Krukoff* 6064 (S); Amazonas, *Krukoff* 7916 (G); Santa Catarina, *Reitz & Klein* 1695, 2394, 2682 (G).

AEQUATORIA: Napo-Pastaza, *Lugo* 72, 205, 242 (S).

PERUVIA: Tambillo, *Jelski* 186 (BR, KRA, S); Loreto, Rio Putumayo, *Klug* 2028 (F, MICH, S); Loreto, Rio Putumayo, *Klug* 2133 (G); Loreto, Rio Putumayo, *Klug* 2355 (F, G); *Mathews* 698 (GOET); Moyabamba, *Mathews* 1431 (E, F, LE); Loreto, Coronel Portillo, Lima, *Montalvo* 1 (G); Cajamarca, *Raimondi* 4133 (photo; F); Cajamarca, *Raimondi* 6242, 6737 (B).

BOLIVIA: Yungas, *Bang* 488 (G, MANCH, Z); Yungas, *Bang* 688 (G); Tipuani, Guanai, *Bang* 1680 (C, E, G, MANCH, M, O, WU, Z); Mapiri, San Carlos, *Buchtien* 732 (Z); La Paz, S. Yungas, *Krukoff* 10346, 10665 (G).

LOCO INCERTO: « Nueva España » (hodie Mexico, sed potius ex Antillis), *Pavon* s.n. (G-Boiss.); valde probabiliter ex Antillis olim Daniae, *West* s.n. (C); probabiliter ex Brasilia, Parà, *sine coll.* (G).


4. — *De altera Nectandra membranacea, quae ex lege Nectandra megapotamica (Spr.) Mez nuncupanda est*

In litteris alia *Nectandra membranacea* invenitur indiligenter a cl. Hassler in oneratam generis synonymiam introducta, verbi gratia: *Nectandra membranacea* (Spr.) Hassler, Ann. Cons. Bot. Genève 21 : 95. 1919. Epitheti illius gratia, Hassler ratus est « *saligna* » prioritatis lege delere (i.e. *Nectandra saligna* Nees, Linnaea 8 : 48. 1833) quoniam *Persea membranacea* a Sprengelio anno 1825 (in L., Syst. Veg. ed. 16, 2 : 270) edita est.

Hassler enim non cum Sprengelio sensit, sed cum Nees qui, fortasse ob commixtionem speciminum ab Swartz lectorum, sententias ipsius Swartz omnino permutavit

TAB. II. — *Nectandra membranacea* (Sw.) Griseb.


7: *Raimondi* 6737 (antea *Nectandra Raimondii* O. C. Schm., B); 8: *Mathews* 698 (GOET); 9: *Bang* 1680 (FI); 10: *Variatio foliorum* (ex *Lugo* 205, S); 11: *Bernardi* 1631 (FI).



(vide, quae so, Nees, Syst. Laur. : 118 et 300). Sententia Neesii tamen, posterior, adversus sententiam non solum Sprengelii, sed etiam Swartzii, omnino ergo negligenda est. Swartz *Laurum membranaceam* paucis verbis anno 1788 (Prodr. Veg. Ind. Occ. : 65) sic adumbravit: « foliis oblongis acuminatis, venosis convexis coriaceo-membranaceis, ramis racemisque erectis, folio brevioribus »; haec verba quidem fere omnibus *Lauraceis* ex Antillis, atque non solum iis, conveniunt; Sprengel (l.c.) fere eisdem verbis Swartzianis, *Perseam membranaceam* offert: « P. foliis oblongis utrinque attenuatis venosis glabris, nitidis, paniculis axillaribus folio brevioribus. Ind. occ. Laurus Sw. »

Swartz (Fl. Ind. Occ. 2 : 713. 1800) tamen descriptionem productorem, accuratiorem egit, qua procul dubio ad *Nectandram* ducimur praecipue ob haec verba: « Calyx [lege: perianthium!] ... laciniis ovatis, obtusis, convexis patentibus, extus pubescentibus. » Descriptio ista minime ad *Phoebe membranacea* Nees (eamdem ac *Phoebe cubensis* Nees, fide Mez) adseritur (vide Mez. l.c. : 202) limbi segmentis acutis et, more generico, minime patentibus, sed assurgentibus !

Omnibus igitur dictis, nullo modo *Laurus membranacea* Sw. ex Antillis ut nomen fundamentale (vel, ut barbarissime dicitur, basionymon) ad speciem saepius notam ex America australi, *Nectandra saligna* Nees, salutanda est.



TAB. III. — *Nectandra membranacea* (Sw.) Griseb. (12) et *Nectandra yarinensis* O.C. Schm. (13)
12 : Swartz s.n. (typus, S); 13 : Variatio foliorum (ex Tessmann 3376, typus, B).

Jam anno 1902 tamen optimus Mez nomen veterius pro *Nectandra saligna* (1833) invenerat: *Nectandram megapotamicam* (Spr.) Mez (vide: Bull. Herb. Boiss. ser. 2, 2 : 824. 1902, et ibidem, 3 : 794. 1903). Hassler (l.c.) hoc nomen in synonymiam sua et fallacis *Nectandrae membranaceae* misit his verbis: « Nomen nobis omnino obscurum, nam inter Laurineas a Sprengelio commemoratas nullam epitheto « megapotamica » salutatam invenimus. »

Arduum certe nomina vetera per libros reperire, facilius est nomen novum quamquam falsum fingere. Sed, epistula brevi auctore vel herbariorum vel bibliothecae diligenti custode, responsum idoneum obtineri licebat. Sic egi, apud Herbarium Berolinense nonnullis mensibus peractis, et certior factus sum de auctoritate *Nectandrae megapotamicae*, ita ut hic exponam:

Nectandra megapotamica (Spr.) Mez, l.c. = *Tetranthera megapotamica* Spr. in L., Syst. Veg. ed. 16, 4 : 156. 1827 = *Nectandra saligna* Nees, Linnaea 8 : 48. 1833; Syst. Laur. : 300. 1836 (excl. syn.); Meissn. in DC., Prodr. 15/1 : 161. 1864; et in Martius, Fl. Brasil. 5/2 : 272. 1866 (excl. syn. sed cum var. β obscura !); Mez, l.c. : 418. 1889 (excl. syn.) = *Oreodaphne Tweediei* Meissn., l.c. : 136. 1864 et l.c. : 237. 1866 (cum var. *cymulosa*) = *Nectandra Tweediei* (Meissn.) Mez, l.c. : 446; et in Arb. Bot. Gart. Breslau 1 : 131. 1892 = *Nectandra racemifera* Meissn. in Martius, Fl. Brasil. 5/2 : 310. 1866; Vidensk. Meddel. Kjöbenhavn 1870: 144. 1870; Warming, Symb. 6 : 216. 1870 (excl. specimine Warming 689); Mez, l.c. : 130. 1892 = *Nectandra membranacea* Hassler, l.c. (excl. syn. et cum var. *saligna*).

OBS.: Quod ad *Nectandram Tweediei* (Meissn.) Mez pertinet, quae ab optimo Mez a *Nectandra saligna* remota putabatur, praecipue ob filamenta staminum, eamdem hic censeo esse ac *Nectandram megapotamicam*, floribus diligenter observatis; opto tamen sententiam meam longius opportuniusque in revisione generica aliquando exponere.

